

vbi est prædicatio exercita: ergo quiddam homo per se est animal.

Dico; quod hæc: animal prædicatur de homine: est per accidens: non tamen animal prædicatur secundum accidens, & est vera pro prædicatione exercita: & ita utroque; est veritas, sumendo univisim prædicationem exercitam.

### Summa textus: simul & explicatio.

**A**d pleniorum intelligentiam eorum, quæ in Prædicamento collocantur, dicas Regulas Anteprædicamentales assignat Arist. quarum prima deferrit ad cognoscendum Prædicamentorum profunditatem; id est, progressum à superiori genere usq; ad individua: & de huius Regulae veritate inquit Doctor in præsenti: partem eius falsitatem ostendentem tribus rationibus probat, quibus non obstantibus concludit esse veram: pro cuius intelligentia.

1. Notan.

Notandum primò: quod prædicatio prædicati de subiecto aut est necessaria, aut contingens; hoc est, vel essentialis, vel accidentalis. Et rursus quælibet aut est exercita, aut signata: & ultra, utrumque potest fieri in primis, & in secundis intentionibus: quapropter queritur: an hæc Regula de omni prædicatione in omnibus intentionibus intelligatur.

2. Notan.

Secundo notandum: quod tam subiectum, quam prædicatum, quā illud aliud, quod de prædicato dicitur; possunt sumi, vel prout in eodem genere ordinantur; vel prout in diuerso; id est, vt prædicatum sit alterius generis a genere subiecti: & tunc, vt prædicatu dicatur subiecto conuenire, tria requiruntur: primum, vt prædicatu prædicati dicatur de omni illo, quod per prædicatum intelligitur; quare hæc consequentia non valeret: homo est animal, animal est irrationalis: ergo homo est irrationalis: ratio est: quia irrationalis non dicitur de toto, quod sub animali continetur. Secundum requiritur, quod prædicatum prædicati non habeat maiorem connexionem cum subiecto, de quo debeat prædicari: unde non sequitur: hoc genus est essentialiter vniuersale; vniuersale est accidentaliter genus: ergo hoc genus est accidentaliter genus. Ratio: quia genus, quod prædicatur de vniuersali, habet maiorem nexus cum hoc genere: nam immediate prædicatur de illo, & vniuersale mediate. Tertium est: ne varietur suppositio: id est, ne dicatur de prædicato alia ratione, qua prædicatum dicitur de subiecto: quare non valeret: substantia est generalissimum: animal est substantia: ergo animal est generalissimum. Ratio: quia generalissimum dicitur de substantia, quatenus est ultimum prædicatum non habens supra se aliud, & substantia dicitur de animali, quatenus subiecte habet inferiora, de quibus essentialiter dicitur. Et hoc est, quod ait Doctor, prædicatum intermedium non variari.

Tertio notandum ex Doctore s. sed ad quæstionem: quod quando Regula exercetur in primis intentionibus, debet addi subiecto aliquid modis compositionem: hoc est, quod denotet prædicatum prædicari de subiecto, & praillo dici, & esse prius illo: prædicatum enim prædicari de subiecto (ait Doctor) est præ alio ceteris est, esse superius in se, & prius illo: & tunc sic est arguendum: homo per se primo modo est animal: Petrus per se primo modo est homo: igitur Petrus per se essentialiter est animal: nam si absolute sine tali modificanti arguitur: v.g. animal est substantia: ergo homo est substantia: non tenet Regula: quia nihil exprimitur in antecedente, quod illius virtutem explicit: nam per esse absolute pronuntiatum, non significatur, prædicatum prædicari propriæ (vt loquimur) id est, esse prius, seu superius, subiecto. Vnde Regula prædicta equalet isti: Quod est prius priore, est prius posteriore: vel isti, Quod est superius superiori, est superius inferiori. Et per hoc notabile solvuntur tria argumenta facta contra veritatem Regulae habita ibi: contra hoc, &c.

3. Nota.

Dicendum primum: Si subiectum, & prædicata, sumuntur in eodem genere ordinata, & prædicatio sit eiudem rationis, vel exercita, vel signata, Regula hæc est vera, & infallibilis. Hanc probat Doctor: quia tunc æquivallet isti: Quod est prius priore, est prius posteriore: vel Quod est superius superiori, est superius inferiori; quæ omnibus est nota: bene enim sequitur in secundis intentionibus: homo prædicatur de quoddam homine: animal prædicatur de homine: ergo animal prædicatur de quoddam homine. Et in primis; etiam valet: homo essentialiter est animal: animal essentialiter est substantia: ergo homo essentialiter est substantia.

1. Conclu.

Dicendum secundo: Regula hæc, quamvis ab Arist. & à Doctore, comparatione prædicatorum essentialium constitutar, etiam se extendit ad prædicata diuersorum generum, & ad alia prædicata non essentialia: dummodo tres illæ conditiones obseruentur. Patet: nam sequitur: homo accidentaliter est albus: albus est coloratum: ergo homo accidentaliter est coloratus. Et etiam sequitur: Paulus est homo: homo est risibilis: ergo Paulus est risibilis.

2. Conclu.

Dicendum tertio: Ad huius Regulae veritatem reducitur veritas Regulae negatiæ illi oppositorum: scilicet quando aliquid prædicatur de aliquo: quidquid negatur de prædicato, negatur etiam de subiecto: vt albedo est color: color non est quantus: ergo nec albedo est quanta. Reducitur etiam modus arguendi, quem de primo ad ultimum vocamus: vt homo est animal: animal est vivens, corporeum, substantia, & ens: ergo, & homo: seruatis tamen conditionibus supra dictis. Hæc duæ ultima conclusiones non expresse habentur à Doctore hic, sunt tamen omnibus communes. Solutiones argumentorum in oppositum, in textu, & ex dictis patent.

3. Conclu.

Text. com. 18.

Quæst.

### QUÆST. X.

Utrum aliquid possit esse in diversis generibus?

Diversorum generum, & non subalternatim positionum, diversæ sunt species, & differentiae: ut animalis, & scientie, &c. Cap. 4.



VÆRITVR: de veritate huius Regulae: diversorum generum, & non subalternatim positionum diversæ sunt species, & differentiae: vtrum aliquid possit esse in diversis generibus? Quod sic videtur: corpus est in genere substantiarum, per Porphyrium; & in genere qualitatis, per Aristot. cap. de quantitate.

Item, figura est in genere qualitatis: quia Geometer, qui per se tantum considerat quantitates, per se considerat figuram, & figura est in genere qualitatis, per Aristot. cap. de qualitate.

Item, scientia per se est in genere qualitatis: quia est in prima specie, & est per se relativa, per ipsum cap. de relatione, & quinto Metaph. similiter.

20. Item, duplum, & dimidium, sunt quantitates per se, & relativa. Similiter proprium est secundum qualitatem simile, vel disimile, dici: & secundum quantitatem æquale, & inæquale: ergo hæc sunt in illis generibus, & sunt per se relativa per Arist. consimiliter arguitur de multis alijs relatiis.

Item, motus videtur esse in genere qualitatibus, & in genere actionis; vel passionis: primum probatur per Arist. 5. Metaph. cap. de quanto: tempus est quantitas per motum: igitur motus magis, & tempus est per se species quantitatis continua: quia est quinta species quantitatis per Arist. igitur magis motus est species quantitatis. Probatio secundi: quia omne verè prædicatur in abstracto de aliquo est idem essentialiter illi, hæc est vera, passio est motus; & actio est motus: igitur, &c. probatio minoris, hæc per se est vera, patiens mouetur: ergo passio est motus,

Text. com. 4. & inde. Item, per Arist. 5. Physic. motus acci-

pit speciem à termino ad quem: igitur si nulliter & genus, sed per se terminus motus est in tribus generibus, per Arist. ibidem, scilicet, qualitate, qualitate, & vbi, igitur motus est per se in illis tribus generibus.

Si dicatur: quod motus æquiuoce est in illis tribus generibus.

Contra, motus dicitur de alteratione, & augmentatione, & loci mutatione, secundum idem nomen, & eandem rationem essentialē: scilicet, actus entis in potentia, in quantum in potentia, quæ est ratio eius, per Arist. 3. Physicorum, igitur vnuoce.

Ad oppositum est Aristoteles.

Item, quæ differunt in priore, differunt in posteriore: igitur quæ differunt generare, differunt in quolibet posteriore, & nihil idem est in generibus diuersis generalissimis.

Ad questionem dicitur: quod idem dicuntur multipliciter, vt dicitur primo Topic. genere, specie, & numero; & idem numero tripliciter: accidente, proprio, & diffinitione: & in 5. Metaph. dicitur, quod idem secundum se dicitur tot modis;

quot modis vnu secundum se: scilicet, numero, specie, genere, & proportione, & idem proportione, & idem numero quoad duos modos; scilicet, idem accidente, & proprio, potest esse in diuersis generibus:

quia animal, & color, sunt idem proportione: quia huiusmodi identitas est in simili ter fe habere: sicut enim color se habet ad albedinem: ita animal se habet ad hominem. Similiter Sortes, & albus, idem sunt accidente: Sortes, & disciplina percepibile, vel risibile, sunt idem proprio: & sic eadent, manifestū est, quod sunt diuersis generibus. Idem specie, vel genere, nullo modo est in diuersis generibus generalissimis, vel quibuscumque non subalternatis, vt species vel differentia; nisi forte idem genere superiore in diuersis generibus inferioribus. Quod autem idem specie, vel genere inferiore, non sit diuersis generibus superioribus non subalternis, vt species, vel differentia, videtur manifestum: quia ad essentiā speciei pertinet genus: ergo si idem specie, vel genere inferiore esset in diuersis generibus superioribus: illa ambo genera essent de eius essentiā: igitur illud non esset idem essentialiter: quia duo genera non subalternata diuersam essentiam prædicant. Similiter

Cap. 5.

Text. non habente com.

V 3

diffe-

differentia cū genere facit vnu essentia-  
liter: sed cum diuersis generibus non sub  
alternis nihil idem facit essentialiter: igi-  
tur, &c.

Ad primum argumentum dicit Alber-  
tus: quod corpus, vt dicit naturam ap-  
tam ad recipiendum tres dimensiones,  
est in genere substantiæ: vt nominat ip-  
sas tres dimensiones, est in genere quan-  
titatis. Primum patet: quia natura incor-  
porea dicitur substantia, cui repugnat  
recipere dimensiones.

Ad secundum dico: quod hoc nomē,  
figura, est vno modo significans superfi-  
ciem terminatam lineis: & sic est in ge-  
nere quantitatis: alio modo significat ip-  
sam clausiōnem linearum, sive termina-  
tionem, & sic est in quarta specie quali-  
tatis. vnde qualitates quartæ speciei di-  
cuntur qualitates circa quantitatem.

Ad aliud dicitur: quod relationes sunt  
per se in genere relationis: relatiua ve-  
ro possunt esse res aliorum generū: quia  
illa sunt relatiua, in quibus fundatur re-  
latio: & illa sunt res aliorum generum.  
Per hoc dicitur ad omnia illa; quod li-  
cet sint relatiua, tamen non sunt in ge-  
nere relationis, sed in alijs generibus.

Contra: concretum, & abstractum,  
significant idem essentialiter: igitur  
sunt in eodem genere: ergo si relati-  
ones sunt per se in genere relationis, &  
relatiua erunt. Consequētia patet: quia  
eadem est essentia eiusdem generis, cum  
ens secundum se dividatur in decem  
genera.

Item, si relatiua non essent in gene-  
re relationis: nihil determinatum in ca-  
pitulo de ad aliquid in Prædicamentis  
conueniret alicui in illo genere: & ita  
ad determinandum de illo genere, es-  
sent omnia impertinentia, quæ de-  
terminantur ibi: quod videtur inconve-  
niens. Prima consequētia patet: nec  
enim prima diffinitio ad aliquid, nec se-  
cunda, quam Aristotel. approbat, nec  
aliqua proprietas, quam ponit, conve-  
nit relationibus, sed tantum relatiuis,  
quæ per hypothesim non sunt in gene-  
re relationis.

Ideo potest dici: quod per se relati-  
ues sunt in genere relationis: sicut con-  
creta aliorum sunt in alijs generibus; de  
quo dicetur post: & ita nihil idem es-  
sentialiter est per se relatiuum, & spe-  
cies alterius generis. Scientia ergo equi-

vocum est ad significandum habitum  
mentis; & ad significandum imaginem  
scibilis; quæ duo essentialiter sunt di-  
uersa; primo modo est species qualitatis:  
secundo modo est per se relatiuum.

Ad aliud dicitur: quod duplum, &  
dimidium, sunt per se in genere rela-  
tionis; non quantitatis: nec hoc dicit  
Aristo. licet illud, cui inest duplum per  
se, vt duo, sit per se quantitas: quia non  
oportet accidentis esse in eodem gene-  
re, vt speciem cum suo subiecto. Simi-  
liter de æquali, & inæquali; simili, &  
disimili; dicendum, quod sunt relatiua  
per se, sed in genere quantitatis, vel qua-  
litatis sunt, non vt species, sed vt pro-  
pria; vt patet per Aristot. ultima proprie-  
tate quantitatis, & qualitatis: possibile  
autem est de multis esse in vno gene-  
re, vt species; in alio, vt propria: quia  
risibile est in genere substantiæ, vt pro-  
prium in qualitatibus, vt species. Ad Ar-  
istot. auctoritatem dico: quod dicit, si  
contingit idem esse relatiuum, & quale;  
nil prohibet hoc sic idem annumerari  
in diuersis generibus, quod non est  
tunc idem essentialiter. Ad aliud de mo-  
tu dicetur postea.

Contra positionem: per Aristot. quin-  
to Metaph. vnum numero infert vnum  
specie: accidentis, & subiectum, sunt vna  
numero, per responsum, & sunt in di-  
uersis generibus: igitur idem specie po-  
test esse in diuersis generibus.

Item, arguitur per syllogismum ex-  
positorum in tercia figura: scilicet, iste  
asinus est non qualitas: iste asinus est  
non homo: ergo non homo est non qua-  
litas: sumendo in præmissis utrumque ex-  
trellum, vt est terminus infinitus: & sic  
concludendo. Sed si oppositum de op-  
posito, & propositum de proposito, per  
Arist. secundo Topic. ergo homo est qua-  
litas, sed qualitas in abstracto de nullo  
prædicatur; nisi quod est eiusdem gene-  
ris: igitur homo est in genere qualitatis:  
& est substantia: igitur, &c. hæc ratio po-  
test fieri communiter ad ostendendum  
omnem affirmatiuum esse veram.

Ad primum istorum potest dici, quod  
Arist. prius distinguit modos vnius per  
accidentis, & postea vnu per se distinxit  
in illos modos, numero, & specie, &c. &  
cum subdit; vnu numero inferre v-  
num specie; intelligit tantum de vnu  
numero; vt prius illud posuit, scilicet,

Capit. de  
qualitate.

Tex. com.  
12.

Cap. 12.

Cap. 2.

Tex. com.  
7.  
Tex. com.  
8. & inde.

vt

vt est modus vnius per se: subiectum au-  
tem, & accidentis, si sint vnum numero;  
hoc est per accidentis, & non per se: & ita  
de illis non intelligit istam consequen-  
tiā tenere.

Ad aliud dicitur: quod Regula: si op-  
positum, &c. tenet de contrariis in se ip-  
sis: de contradictoriis ē contrario, vt di-  
citur 2. Topicorum. Vnde non est ar-  
guendum eodem ordine affirmatiue, &  
negatiue, sine fallacia consequentiis: sed  
est arguendum ex opposito prædictati ad  
oppositū subiecti: arguitur autē sic: non  
homo est nō qualitas: ergo homo est qua-  
litas: quæ consequētia non valet.

Contra: arguo ē contrario sic: non ho-  
mo est non qualitas: ergo qualitas est ho-  
mo: & si hæc est vera: igitur, & hæc: ho-  
mo est qualitas per conuersiōnē. Simili-  
ter trāponēdo præmissas: igitur nō qua-  
litas est nō homo: & vltius: igitur ho-  
mo est qualitas ē contrario. Igitur, &c.

Ideo dicitur aliter: quod homo, & nō  
homo, non opponuntur, vt sunt termini  
infiniti, & finiti, sed vt non homo est ter-  
minus negatus: & isto modo conclusio  
non sequitur in syllogismo expositorio.

Contra: vt est terminus infinitus de  
quolibet dicitur homo, vel non homo;  
& de nullo eodem ambo: ergo sibi, vt sic  
contradicunt.

Item, negatio infinitans & negans  
terminum, non differunt quoad signifi-  
catum: quia utrobius negatur significa-  
tum termini finiti.

Aliter dicitur, quod in paralogismo  
expositorio est fallacia accidentis: quia  
medium variat: quia primo sumitur  
iste asinus, quantum ad differentiam cō-  
pletuum, per quam est in specie, qua di-  
stinguitur ab homine: in alia, iste asinus  
est non qualitas: sumitur secundum for-  
mam substantiæ, in qua conuenit cum  
homine; & distinguuntur ab omni, quod  
est alterius generis.

Contra: consimiliter potest alibi ar-  
gui, vbi non potest defectus a signari ra-  
lis: ergo nec est hic per se: consequētia  
patet per Aristot. secundo Elenchorum:  
omnium orationum, quæ sunt propter  
idem, eadem solutio est. Antecedens pa-  
tet: quia si arguitur sic: albedo est nō ho-  
mo: albedo est nō asinus: igitur nō asinus  
est non homo: igitur homo est asinus.

Aliter potest dici: concessa conclusio  
ne syllogismi expositorij, quod non se-

quitur vltius: igitur homo est qualitas:  
nec etiā igitur qualitas est homo. Quod  
autem dicitur in secundo Topicorum: in Cap. 2.

contradictorijs tenet ē contrario: manife-

stus dicitur de consequētia; non de pre-

dicatiōne.

Item, ista Regula: si oppositum de op-  
posito, &c. tantum intelligenda est in  
contrariis: velsi in contradictoriis, intel-  
ligatur de prædicatione ē contrario: hoc  
torum verum est; si in antecedente est  
prædicatio per se, vel ad minus vniuer-  
saliter: si sint termini communes, hoc di-  
co pro conuersione vniuersalis affirmati-  
tū per contrapositionem. Nunc autem  
quæcunque conclusio sit illata per syllo-  
gismum expositorium; neque concludi-  
tur esse vera per se, neque vniuersaliter:  
& ideo nullo modo sequitur: oppositum  
prædicari de opposito; neque in se ipso,  
neque in contrario, &c.

Summa textus.

**H**ÆC secunda Regula, & quintum in  
ordine Anteprædicamentum datur  
ab Arist. ad cognoscendū ordine eo-  
rū, quæ in dīfīnītīs Prædicamentis  
ponuntur: diuersa enim Prædicamenta diuersas  
species, & differentias, habent: & vt huius Regu-  
la veritas innotescat; inquirit Doct. an idē pos-  
sit ad diuersa genera spectare: partem assertoriā  
sex argumentis in principio quæstionis posuit;  
& alijs duobus habitis ibi contrapositionē, &c.  
persuadet. Sed illis non cogentibus, ex conuni  
omniū consensu aduertit primo, quod idem se-  
cundum se, vt ex 5. Metaph. confat, tot modis di-  
citur, quod dicitur vnu secundū te: nam vñitas  
vt sepe diximus, est identitatis fundamentū pro-  
ximum. Vnde sicut vnu aliud est proportionē  
genere, specie, & numero: ita idem, aliquid est idē  
proportionē: genere, specie, & numero: & idem  
numero adhuc est triplex: idem accidentē: idem  
proprio: & idem diffinitione.

Secundo præsupponit genera in triplici dis-  
crimine esse: quædam ita se habent, vt nec vnu  
sub alio; nec vtrumque sub tertio contingat: hu-  
i si modi sunt quæ ad diuersa Prædicamenta spe-  
ciant, & ab Arist. non sub alteriā posita huc  
pertant: quædā vero sic sunt disposita, vt vnu sub  
alio collocetur: vt animal, & viuens: quædā deni-  
que ita se gerunt, vt vnu sub alio nec contingat:  
vtrumq; tamē sub tertio collocatur: vt cor-  
pus, & spiritus, sub Substantia: & genera secun-  
di, & tertii modi, sub alteriā posita essentur.

His à Doctore prælibatis dicit primo idē  
proportionē: & idē numero accidentē, accidē  
numero proprio, sunt diuersis generibus non  
sub alteriā positi. Primā partē probat: nam  
scit se habet animal ad hominem in genere sub-  
stantiæ: sic se habet color ad albedinem in gene-  
re qualitatis: sed animal, & color, sunt vnu

i. Conclu-

V 4 pro

Prop ortione: quia similiter se habeant, in quo vni-  
tas proportionis consistit: vt sœpe diximus: &  
nihilominus sunt in diversis Prædicamentis, vt  
paterigitur, &c.

Secundam partem ostendit: nam Sortes, &  
albus, sunt idem numero accidente: & tamen  
Sortes est substantia, & albedo est qualitas: et-  
go. Et per hoc probatur etiam tercia pars: quam  
ponit Doctor ex aliorum mente: nam ut super  
Porphyrium diximus ex Doctoris mente, risibili-  
le, & omnis propria passio substantialis in Præ-  
dicamento substantiae apponitur.

## 2. Conclu.

Secundo dicitidem species (ad quod potest  
reducere idem numero distinctione) & idem gene-  
re, nullo modo in diversis generibus generalissi-  
mis, vel quibuscumque non subalternis, possunt  
tanquam species, vel differentia, collocari. Hanc  
sic persuaderet: ad essentiam speciei pertinet ge-  
nus: ergo si idem specie esset sub diversis gene-  
ribus non subalternis, illa diversa genera essent  
de eius essentia: igitur illud non esset idem essen-  
tialiter, sed in essentia diversum: quia duo gen-  
era non subalterna diversam essentiam prædicat,  
& constituent.

De Differentia arguit: quia differentia cum  
generi facit unum essentialiter: sed cum diversis  
generibus non subalternis, nihil idem facit essen-  
tialiter: vt discurrenti patet: ergo.

Denique soluit argumenta: & quamvis so-  
lutiones pateant in littera, amplius ex infra di-  
cidens patefient, vt in proprijs locis annota-  
bimus.

## ART. VNICVS.

An eadem differentia possit esse duorum  
generum diuisiuam?

**A**RTICVLVS iste non intelligitur  
de differentia eadem respectu duorum  
generum non subalternorum; vt vidi-  
mus in textus summa: nec etiam intel-  
ligitur de una differentia respectu duorum gene-  
rum subalternorum, quorum unum sub alio con-  
tinetur: nam de ipsis certum est includi quiddita-  
tum secundum differentias sui constitutivas in  
suis speciebus: licet non in quolibet, secundum  
differentias diuisiuas: animal enim & viuens con-  
tinent differentiam constitutivam corporis, qua-  
vis non continent omnem differentiam diuisiuam  
substantiae: itaque continent substantiam  
quoad unam sui differentiam diuisiuam; videlicet  
corporum; non tamen quoad aliam; nempe  
incorporeum: quare Articulus procedit de dif-  
ferentia respectu duorum generum subalterno-  
rum, que sub tertio collocantur: an, scilicet, ea-  
dem differentia subalterna possit aliquam spe-  
ciem constituere, que sub talibus generibus pon-  
atur; ita vt ipsa differentia sit illorum diuisiuam,  
& ipsius speciei constitutiva. In qua difficultate  
sic explicata.

## 1. Sentent.

Est prima sententia Magistri Sotii, & alio-  
rum, partem negatiuam tenuerunt: quam pro-  
bant primo ex Aristot. primo Topicorum cap. 2.

locu[m] 24. affirmante de pluribus prædicari genus,  
quam differentias. Et primo lib. de partibus ani-  
malium cap. 3. ait: tot esse differentias; quot spe-  
cies; sed si eadem differentia duobus generibus,  
qua[m] sunt sub tertio, communis esset, vtrumque  
edet falsum, & contra Philosophum: ergo. Pro-  
batur minor: nam differentia prædicatur de om-  
ni illo, de quo prædicatur constitutum per illam:  
& etiam quia in minori numero erunt differen-  
tiae, quam species: cum una differentia sit dua-  
bus speciebus communis: igitur, &c.

## 2. Argum.

Secundu[m] , quia ex opposita sententia sequi-  
tur, plantam, & animal esse eandem speciem: pa-  
tet: nam differentia diuisiuam superioris est infe-  
rioris constitutiva: ergo si habent eandem dif-  
ferentiam diuisiuam, erunt idem constitutum: ac  
per consequens eadem species: quod est absurdum.

Tertiu[m], differentia suo generi identificatur:  
ergo si eadem differentia diversorum generum  
est diuisiuam, cum oppositis generibus identifica-  
bitur: quod est absurdum. Item quia differentia  
determinata naturam constituit: ergo determi-  
nato generi coniungenda est.

Quarto, idem individuum non potest esse  
sub duabus speciebus: ergo nec una differentia  
esse duorum generum diuisiuam: eadem enim v-  
triusque ratio videtur.

Secunda sententia partem affirmatiuam de-  
fendit; & quamvis expresse à Doctore non ha-  
beatur; colligitur tamen ex eo: nam solum affec-  
tit in praesenti, idem specie non collocari sub di-  
versis generibus non subalternis; de subalternis  
nullam mentionem faciens, quasi præsuppones  
de ipsis nullam posse extari controversiam: eam  
tamen tenet Nympha, Toletus, Oña, & Ru-  
bius cap. 3. de Prædicam, & Valera lib. 2. dist. 5.  
art. 1. quæst. 1.

Pro quod dicendum: eadem differentia duo-  
rum generum sub tertio contètorum potest es-  
se diuisiuam: probatur primo, eadem species sub  
duobus generibus prædicto modo dis�ctis po-  
test immediate contineri: ergo eadem differen-  
tia potest esse talium generum diuisiuam: quia dif-  
ferentia immediate constitutiva speciei sub ali-  
quo genere contenta; talis generis est diuisiuam:  
ergo si una species per unam differentiam res-  
pectu duorum generum constitutur, illa eadem  
differentia utriusq[ue] generis erit diuisiuam. Ante-  
dens probatur Aristotelis exemplis: virtus in-  
tellectualis, & virtus moralis duo genera sunt:  
cum sube plures habeant species virtutum: &  
vnum sub alio non continetur: vtrumque tame-  
sub tertio: sed sub his generibus immediate con-  
tinetur prudenter: si enim virtus intellectualis,  
cum intellectu inhaeret, & etiam est virtus mor-  
alis perfectissima: itaque gradus virtutis intelle-  
tualis, & gradus virtutis moralis, contrahuntur  
per differentiam constitutam in prudenter: ergo  
talis differentia est illorum generum diuisiuam.

Præterea, bipes est differentia diuisiuam ani-  
malis volatilis, & gressibilis: quae du[m] genera sub  
vno tertio continentur, neutrum tamen sub alio.  
Ex quo colligit Philosophus, non omnem dif-  
ferentiam unum genus inferre: sed quandoque  
duo

duo genera subdivisuntione: vt est bipes: ergo  
vel animal volatile, vel gressibile.

Secundo probatur alijs exemplis manifestis:  
quantitas diuiditur in continuam, & discretam:  
& continua in permanentem, & successivam. Po-  
tentia etiam anima diuiditur in apprehensionem,  
& appetitum: & qualibet in spiritualem, & cor-  
poralem: & certum est potentiam spiritualem  
collocari sub potentia appetitiva, & apprehen-  
sionis, quae sunt duo genera diuersa sub tertio collo-  
catar; neutrum tamen sub alio: igitur, &c.

Ad argumenta: ad primum dico: quod du-  
plex est differentia: altera adæquata, & vltimate  
constituens, ac distinguens; altera inadæquata,  
& communis: v.g. differentia adæquata volatile  
est illa, qua illud in suo esse vltimate, & adæ-  
quate, constitut, & distinguat gressibile, & à  
quoque alio. Inadæquata vero est bipes, quæ  
licet respectu animalis duos pedes habentis sit  
adæquata; respectu tamen animalis volatilis, &  
gressibilis, est inadæquata, & communis: Vnde  
dico: quod Aristot. loquitur de differentijs adæ-  
quatis: non vero de inadæquatis: nam tales opti-  
ment possunt esse duobus generibus communes.

Ad secundum nego iequam ad probatio-  
nem dico: veram esse differentia diuisiuam adæ-  
quata, & vltimate constitutente: secus de inadæ-  
quata, de qua loquimur.

Ad tertium dico: nullum esse incommodū  
quod eadem differentia cum diueris generibus  
identificetur: sicut nec quod idem genus cum ai-  
ueris differentijs oppositus. Ad aliud de determi-  
natione dico: quod quando eadem differentia di-  
uidit duo genera, ipsa que trahit inadæquate ad  
eandem speciem, constituit determinatio ipsam  
speciem sub illis inadæquata continentia con-  
tentam.

Ad quartum, nego rationis paritatem: spe-  
cies enim infima totam quidditatem individui  
importat: & ideo ipsum duas species habere ne-  
quit; sicut nec duas essentias totales: genus au-  
tem non dicit totam specie essentiam; sed  
partem: & ideo nihil prohibet ean-  
dem rem pluribus essentijs  
partialibus con-  
stitui.

## Ad quartum

